

pud Aufonium β Mosellā, *Cœligenas* spiritus apud Bernhardum γ & alia.

II. Ita si offenderit foeminam in urbe Julide † *ultima senectutis*, addat Q. Fabium *ultima senectutis*, Æl. Mancinam *ultima senectutis*, Himeram *ultima senectutis*, M. Catonem *ultima senectutis*, Atheniensem *ultima senectutis*, Cimona (Conona) *ultima senectutis*. Opponitur autem huic ultimæ senectuti apud Ciceronem pro Archiâ *ultima pueritia*, πρώτη ηλικία Æliano.

III. Porro de Pompejo δ legens, *ad invidiam usq;* contraxerat, addat de Tarentinis ε, quibus *ad invidiam* diu abundaveras, ubi ἐπιρρημα istud omissum est.

IV. Nec insubide inter se conferet *invieta leges necessitatis*, *imminentis casus atrocitatem*, *pertinacem casum imminentis violentiæ*, *invieta fatorum necessitatem*, *pertinacem necessitatem*, *humane mentis efficacissimum duramentum*, *abominandæ necessitatis amarissimas leges* & *truculentissima imperia*, *violentiam casus acerbi*, *magistram novæ molitionis*, *quæ compellit ad ultimam usq;* *penuriam* † *quæ ultima exprimit non-fictas voces* ζ, *ut ultimam belli fortunam experiaris* η, *sevam necessitatem*, *quæ clavos trabales* & *cuneos gestat manu abená* (æneâ), *diram quæ adamantinos clavos summis verticibus figit* θ, *factum inevitabile* ι, *ubi quisq;* *suum ordinem immutabili lege percurrat* κ. O profunda & periculosa disputatio! ne immergamur: de phrasi enim & Synonymiâ heic est negotium. A Tacitis & Lipsiis eamus ad Theologos cordatos, qui nos solidiùs informent: Scripturæ divinæ filis nodum istum extricabimus, nullius Stoici Alexandri gladio dissecturi.

V. Ad alium globum ibimus: Ita *frequentiam* seu *multitudinem* appel-

(β) v. 407. (γ) *Serm. I. in Purificat. Mariæ* † *Val. Max. lib. II, 6, 8: 2, 4: VI, 2, 8: & §. 2. Ext. II, 1, 2: IV, 5, 2. Ext. V, 4, 1. Extern.* (δ) I, 6, 12. (ε) II, 2, 5: † I, 6, 12: 7, 6: §. 4. Ext. 8, 10. Ext. II, 7, 10: VII, 6, *proæm.* §. 1. §. 5. §. 1 *Extern.* (ζ) *Curt. IX, 3, 6: (η) Valer. I, 6, 12: (θ) Horat. I, 35, 17: III, 24, 6: (ι) Curt. IV, 6, 17: (κ) Id. V, 11, 10:*